

No. 945. [1432].

Das Baseler Concil anerkennt in Beantwortung des vorhergehenden Schreibens die Gründe, weshalb Abgeordnete aus den Landen des Kurfürsten noch nicht erschienen, fordert aber denselben dringend auf, diese nach hoffentlich baldiger Beseitigung der Hindernisse, vor Allem den B. Johann, dessen Anwesenheit ganz besonders wünschenswerth sei, abzusenden und die desshalb erwachsenden Kosten zu tragen.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis etc. illustri ac potenti principi domino F. duci Saxoniae et marchioni Misnensi etc. salutem et omnipotentis dei benedictionem. Audivimus, inelyte princeps, ex vestris litteris excusationes sufficientes, cur ad praesentem synodum nequivistis hucusque ut optabatis legationem vestram transmittere, adventumque reverendi patris episcopi Misnensis impeditum. Nobis siquidem summe displicet illorum Hussitarum temeritas et bellica rabies, qua catholicos invadere et possetenus suis ditionibus subiugare enituntur. Laboramus possetenus ad eorum reductionem et tantorum malorum cessationem. Prosperet deus cuius res agitur vestros conatus et ad effectus votivos perducere dignetur. Exhortamur autem in visceribus Christi vestram illustrem dominationem assidue agere, quae noveritis sacro huic concilio convenire, et peracto¹⁾ negotio vestri exercitus, prostratis aut expulsis fidelium inimicis quantocius oratores vestros dictumque reverendum patrem episcopum Misnensem praecipue, cuius praesentia propter eius scientiam, experientiam et virtutes, maxime dum praefati Bohemi advenerint, quamplurimum desideramus unum ex dictis vestris oratoribus, quemadmodum scriptis vestris nobis insinuastis. Placeat etiam vestris expensis, cum ut audivimus suis propriis sumtibus venire ac stare non possit, ac ceteros dominiorum vestrorum praelatos ad hanc sacram synodum transmittere. Sic enim participes efficiemini maximorum meritorum et sanctissimorum operum, quae in hac sacra conventionem aguntur et amplius in dies perficientur cum spiritus sancti directione, qui praefatam dominationem vestram inelytam illustret dona suae gratiae conferendo et ad aeternam patriam feliciter perducendo, ut optamus. Datum etc.

Martene et Durand I. I. VIII. 110.

¹⁾ Corr. statt pacto.

No. 946. 1432. 18. Oct.

Der B. Johann und die Domherren Walther v. Kökeritz und Lampert v. Sehausen treffen hinsichtlich der dem verstorb. Domherrn Steph. Moer im Dorfe Podemus (vgl. No. 911) zustehenden Renten Verfügung zum Vortheil der Domkirche zu Meissen und der Stiftskirche zu Wurzen.

Johannes — episcopus, Waltherus de Kokericz senior et Lampertus de Sehusen archidiaconus Nisicensis et canonici in ecclesia Misnensi — ultimae voluntatis bonae memoriae quondam magistri Stephani Moer custodis et canonici ecclesiae praedictae executores, volentes — creditae dispensationis officium optatae dispositionis deducere ad effectum, de medietate villae Podemuß in districtu Dresdensi sitae, spectante